Noverint universi quod Ego Johannes Ores filius Michaelis Ores quondam de mars parrochie de Matarmagna Gerundensis diocesis et curia sentiens bene et facio quod ad medietatem me hominem proprium
et solidum vestri honorabilis domine Ermessendis dei gracia Abbatisse Monasterii sancti Danielis Gerunde absentis et discreti Petri campmany procuratoris vestri et dicti Monasterii
presentis et vestrorum in dicta Abbacia successorum una cum omni prole mea de cetero procreanda et omnibus bonis meis mobilibus presentibus et futuris Et quod ad aliam medietatem
hospitalis nove Gerunde eo quia dictus Michael Ores pater meus quondam erat homo proprius vestri dicte honorabilis domine Abbatisse et dicti hospitalis nove et vestrorum mediatum et
per indivisum cum omni prole sua procreata et procreanda et omnibus bonis suis mobilibus presentibus et futuris racione mansi Ores dicte parrochie terre Montanee et possessionum
ejusdem excepto vos et vestri successores in dicta Abbacia quo ad medietatem et dictum hospitale quo ad aliam medietatem habetis et habere debetis homines et mulieres Quare
etiam promitto vobis quod ero vobis et vestris in dicta Abbacia et procuracione successoribus quo ad medietatem bonus fidelis et legalis tam de corpore quam de avere prout vassallus proprius
esse debet et tenetur suo domino naturali Et quod absque vestri et vestrorum in dicta Abbacia et procuracione successorum non intrabo Castrum villam vel Civitatem seu aliquem alium
locum privilegiatum causa morandi nec ibidem populando nec aliquid aliud faciam tractabo vel procurabo propter quod vos vel vestri successores in hiis que ad medietatem possitis
me amittere et alius dominus lucrari sive vos et vestros successores in hiis per meis verso dominus ubique reclamabo Et pro hiis attendendis firmiter et complendis tenendis
et observandis obligo vobis et vestris in dictis Abbacia et procuracione successoribus personam meam et omnia bona mea presencia et futura ubique Juro etiam sponte per
dominum deum et eius sancta Quatuor Evangelia corporaliter a me tacta predicta omnia et singula rata grata et firma semper habere tenere et servare eaque attendere et
complere et nullatenus contra facere vel venire aliquo jure causa vel etiam racione virtute cuius Juramenti quia sum maior Quindecim annorum minor vero viginti quinque
Renuncians scienter super hiis juri minoris etatis et restitucionis in integrum beneficio quam virtute dicti Juramenti petere non possim et omni alii juri hiis obviam venienti Et
ad maiorem premissorum securitatem facio et presto homagium vobis dicto discreto Petro campmany procuratori dicti Monasterii ore et manibus comendatum illud pro vobis
et nomine vestro recipientis iuxta usum huius terre Actum est hoc Gerunde Septima die Decembris Anno anativitate domini Millesimo Quadringentesimo Decimo Sexto
Sig+num Johannis Ores predicti Qui hec laudo firmo et juro

Testes huius rei sunt Johannes malls scriptor et Bernardus del mestre conversus Gerunde

Sig+num Petrus cerviani notarius publicus auctoritate Regia substitutus a Jacobo de Campolongo quondam publico Civitatis baiulie et vicarie Gerunde singularumque pertinen
notarius hec scribi feci et clausi.

Comanda don Johan Cees de ... de ... de Madtamara

AMU

Nº 48.

AC p1297 Z del plec nove de Madiemanya

T. 290 X 365

1189

1426. XII. 2

nº 1120